





1780-

\*

1. Silversleinius, : Rhypsalis supplementa. Programma,  
quo hinc facultatem decimi seniorum et reli-  
qui annos memoriam Silversleinianam in Dicatu,
2. Arnold, Josephus Augustus: Trajanus Constantinus et  
Trajanus Fridericus, Sacrae Electores, nequamque  
religionis causa oppugnare cunctationem Forti-  
nandi I, regis Romanorum.
3. Bauerus, Henricus Gorpius: De pacto her-  
editatis renunciativo.
4. Birinus, Christianus Gottlob: De originibus iuri.  
dictioris fundatis ex jurisdictione ordinaria  
repertis
5. Brunius, Christianus H. : An legatus speciem  
legatum Publiciana actione petere possit?
6. Einerius, Christianus Gottlob: Præter occupationem  
nullum existere modum dominii acquirendi  
naturalium.

1780.

7. Hickendorf, Henricus Michael: *N. interrogatio  
lexium sic in secreto. Programma, quo ad ora-  
tionem criticalem inserviat.*

8. Hommel, Carolus Ferdinandus: *Thesaurus sup-  
plementa. Programma, quo ad solennia inaugura-  
tio huius anni Berolinie inserviat.*

9. Hommellius, Carolus Ferdinandus: *De vicariato  
Saxonicu.*

10. Hund, Christian Gottlieb: *Nun usus iuris iurandi  
in civitatibus Christianis et probandum?*

11. Koenigius, Iacobus Gottfrid: *De restituzione et com-  
pensatione damni. Mali non temere urgenda.*

12. Pahl, Christianus Fredericus: *De fatis prescrip-  
tionis longiorius temporis ex legibus Justiniani.*

13. Pfeiffer, Dr. Iacobus, per. ius processuale: *Programma,  
quo solennia inauguraalia Christiani Berol. 21  
septembris indicent.*

1788.

14. Pottmannus, Thes. Zeloticae Thesaurus: *Le jure  
ad crescentis ad extorius hereditatis haud per-  
tinente.*
15. Ritterus, Chri. Gall: *N. conditione nonius  
perendi, ultimis rationibus adscripta.*
16. Schott, Augustus Fiduciam: *An maritus sumbus  
in fons uxorii factos ex concurso in hujus  
bonis orto repetere jure ponit?*
17. Schott, Augustus Fiduciam: *An a rigore obsoleto-  
rum forenium.*
18. Seyfertus, Chri. Leibnitz: *De dominio fundorum  
utiliis.*
19. Widerus, Con. Gurlitum: *De actione aquae pluviae  
urendae.*
20. Waller, Chri. Ephorus Fiduciam: *Ausarbitrion  
en vario jure*
21. Jellens, Fr. Gratiæ: *Observationes practicas.*

13. Einzelne Siedlungen und Siedlungsräume  
in der Lüneburger Heide mit den entsprechenden  
Lebens- und Erwerbsbedingungen.
- Wirtschaftliche Grundlage ist die Landwirtschaft.  
f. Hauptsächlich werden im Süden des  
Gebietes Getreidebau, Viehhaltung und  
Obstbau betrieben. Im Norden wird Milch- und  
Fleischproduktion ebenso wie Pflanzenbau  
und Viehhaltung vorwiegend betrieben.  
Die Erwerbsarbeit ist ebenfalls sehr wichtig.  
14. Handel, Dienstleistungen, Gewerbe und  
Handwerk sind in der Lüneburger Heide  
sehr gut entwickelt und haben eine  
große Bedeutung für die Wirtschaft.  
Viele Betriebe befinden sich in kleinen  
Betrieben; es gibt aber auch einige  
große Betriebe wie zum Beispiel die  
Brauerei, die Getreidefabrik und die  
Firma, die große Mengen an Holz verarbeiten.
15. Bebauung ist hier sehr spärlich, aber es  
findet sich doch eine gewisse  
Dichte, vor allem in den Städten und  
Ortschaften, die sich entlang der  
Verkehrswege befinden.





9328. 1780,3

# DISSERTATIO PRIMA DE PACTO HEREDITATIS RENVNCIATIVO

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV  
P R A E S I D E  
**D. HENRICO GODOFREDO BAVERO**

SERENISS. SAXON. ELECTOR. A CONSILL. PROVOCATT. SVPR.  
CVR. PROVINC. ET COLLEG. ICTOR. LIPSS. ASSESS. PANDECTT.  
PROF. ORD. CANON. NVMBVRG. ET COLLEG. DVCAL.  
MINOR. SODAL.

IN AVDITORIO ICTORVM  
SVMMORVM IN IVRE HONORVM CAPESSENDORVM  
CAVSA

D. XXVIII. DECEMBR. A. C. MDCCCLXXX.

AD DISCEPTANDVM PROPONIT

**IOANNES DAVIDES BEHLING**

I V R. V T R. C A N D I D A T.

RATISBONENS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEM. HEREDD. ET KLAVBERTHI





B. C. D.

**M**ulta quidem sunt, quae propositum, de pacto successionis renunciatio quaedam differendi, mihi dissuadere poterant. Quum non solum fere omnes iuris civilis et publici interpretes, decisionibus, vel responsis, alios breuiter, alios satis prolixie in hac re versari videoas, verum pene etiam occurrant multi, qui singulares de hac re libellos conscripserunt. Ut, qui horum numerum augere velit, facile videri possit aut pigritiae aut arrogantiae arguendas. Illius, si argumenta ab aliis proposita, aliis verbis, vel alio ratiocinii ordine repetere velit, huius, si sibi videatur, vel noua excogitasse, vel eum esse, qui tot dissensiones in concordiam reducere, litesque, per tot secula agitatas, componere sciat. Nec, fateor, me in hanc rem incidisse, si non veterum opinionem, existimantium, admittendos esse nepotes ad cui hereditatem sibi delatam, nec obstat iis patris matrisque heredibus, huius renunciationem

tionem, vel nude, vel heredum simul nomine factam, quam equidem dudum explosam putaueram, hanc inquam, si non intellexerim, etiam num iudicantibus placere. Descendo igitur in arenam huius certaminis, ut dissensus mei rationes publice reddam, praesertim, quum intelligam, quae de hac re conscripta sunt in primis probabilia, fere omnia ad Illustres, non priuatos, quorum equidem causam mihi potissimum pertractandam sumi, pertinere. Dabit haec scribendi occasio mihi veniam, de origine et natura huius pacti differendi, de eius effectis propediem dicistro.

## §. I.

Iure romano pa-  
succedendi, pactis constitutum, non oriri, paucis tamen,  
etia succel-  
foria ac-  
quisitiva  
et disposi-  
tiva im-  
proban-  
tur.  
Quamquam scio, ex placitis Romanorum modum  
quid hoc iure de eo contineatur, exponam. Intelligimus  
ex l. 27. §. 4. D. ad Sct. Trebell. l. 61. D. d. Verb. Obl. l. 2.  
§. 2. D. d. Vulg. et Pupill. Subst. et l. 4. C. d. inutil. stipulat.  
l. 15. et fin. C. d. Paſt. l. 5. C. d. Paſt. conv. tam sup. dot. quam  
sup. donat. ante nupt. et paraphern. l. 52. §. 2. D. pro Soc.  
bonis moribus aduersa, quin improba, et ob id nulla habe-  
ri pacta, et stipulationes, quibus vel de quaerenda agere-  
tur hereditate, vel distribuenda ea, a cognato quodam ali-  
quando obuentura. Rationes huius sententiae ex his ipsis  
legibus duas esse cognoscimus. Alteram, quod libertatem  
testandi tollant, alteram, quod euentus trifissimi plenae  
sint eiāsmodi conuentiones. Qui euentus, captandae mor-  
tis voto, notari siveuit ab interpretibus. Etenim, quam  
tertiam adiiciunt, quod pactis nec vniuersa hereditas, nec  
pars quota eius, deferri possit, mihi lex potius ipsa vide-  
tur esse, quam legis ratio. Ut vel huic ipsi successiois ra-  
tioni, fauorique testantium libertatis magnam fraudem fie-  
ri, concessa bonorum omnium, retento vſuſruſtu, donatio-  
ne

monob

ne l. 35. §. 5. C. d. Donatt. admiserint. Quam tamen veniam GODOFREDVS ad l. 15. C. d. Paſt. not. 10. cum testandi libertate sic conciliare studeret, ut, facta bonorum omnium donatione, futura eximat, liberoque donantis arbitrio recipiat. Quam rem, quia ad nos proxime non pertinet, in medio relinquo.

### §. II.

Profecto, qui veritati studet, diffiteri nequit, quae de contentionibus successionis quaerendae causa initis ius Romanum constituit, ipsius rei subiectae et hominum naturae Quod fo.  
lida ratio-  
ne defini-  
muntur.  
haud conuenire. Videlicet, si improbitas sentinae hominum, ob quam libertate, iure ciuili sibi concessa, abutuntur, id efficere potest, vt e re publica videatur, ipsam libertatem constringere, breui seruili erit omnium ciuium conditio. Et quis nesciat, hanc esse hominum naturam, vt, quo preſiūs contineantur, eo ardentius libertatem fitiant. Certe successio legitima, quae proximo cognato spem hereditatis facit, quo magis est fragilis, et condito testamento eueri potest, longe iuſtiorem iſtruendarum alterius vitae insidiarum legislatori merum facere debet, quam pactum, quod stipulanti ius certum tribuit.

### §. III.

Vt iure suo CVIACIVS ad l. 26. d. V. O. moneat, pa- Idem ar-  
gia hereditaria non esse natura turpia, sed contra bonos mores gumen-  
populi Romani, id est, huius iuris conditoribus vifa, aduer- tum.  
fari bonis moribus, quo loco simul testatur, Nouellam Imperatoris LEONIS, ob sapientiam singularem etiam Philosophi dicti, Constitutionem XIX. qua l. 15. C. d. Paſt. tanquam absurdia, et aequali, quem parentes liberis debeant, amori contraria, abrogatur, Gallorum moribus custodiri.

A. 3

Idem

Idem GODOFREDVS in *not. 8. ad d. l. 15.* Ut totam rem verbo complectar, nimius et sane exorbitans testamentorum favor tantum apud Romanos valuit, ut ne volentem quidem testandi facultate priuari posse, sinistre, et contra naturam hominis, iudicarent. Contra naturam hominis inquam, cui, si non omnino testamenti factio aduersatur, quod longe probabilis defenditur, certe magis conuenit facultas, ius pro se introductam remittendi, et, quia nihil tam naturale est, quam, ut quodlibet eodem modo dissoluatur, quo colligatum est, agnoscendi obligationem, sua sponte, et altero consentiente, suscepit, quam licentia, inepto turpitudinis imaginariae obtenuit, datam fidem impudenter violandi.

#### §. IV.

Non idem Non aequa inuidiosa Romanis fuisse pacta de non succedendo *l. vlt. D. d. Suis et Legitim. hered. et l. 3. C. d. Collatt.* Et renuntiatum. docent. En verba cit. *l. vlt. Pater dotali instrumento comprehendit, filiam ita dotem accepisse, ne quid aliud ex hereditate patris speraret.* Eam scripturam ius succedendi non mutasse, constitit: priuatorum enim cautionem legum auctoritate non censi. Hoc igitur responso PAPINIANVS pactum de non succedendo, ipsi propositum, inutile et infirmum esse, ait, non tanquam turpe et improbum, sed tanquam iuri publico aduersans. Idemque eiusmodi pacti exemplum *d. l. 3. sifit.* Ex quibus legibus, adducta simul *l. 35. §. 1. C. d. Inoffic. testam.* et *l. 94. D. d. acquir. heredit.* interpres propemodum omnes concludunt, renunciatione futurae hereditatis nihil impediente, repudiantem ad hereditatem istam sibi delatam iure romano admitti. Nominasse sufficiat, HARTM. PISTOR. Lib. IV. Qu. 5. CARPOV. P. II. Conf. XXXV. def. 6. BERGER. Oeon. Iur. L. II. Tit. IV. §. 48. HENR. DE COCCEII Tom. II. Disp. LIII. Sect. III. §. 4. et Disp. LVII. §. 15. IOH. VLR.

VLR. CRAMER. in *Opuscc. T. I. Tract. III. Cap. 1. §. 6.* pag. 38.  
 Subscribers huic sententiae, in primis ob generalitatem d.  
*l. 94.* nisi obstatet *l. r. §. 3.* D. si quis a parent. miss. Ibi VL.  
 PIANVS: *Si parens vel accepit pecuniam, ut emanciparet, vel*  
*postea viuus in eum filius, quantum satis est, contulit, ne iudicia*  
*eius inquietet, exceptione dolii repellitur.*

### §. V.

Hac lege, si quid video, docemur, quae vera sit in Cur hoc  
 re nostra significatio rationis, quam PAPINIANVS in *d. l.* etiam im-  
 fin. D. *d. Suis et legit. her. nobis insinuat verbis: priuatorum* probetur,  
*enim cautio legum auctoritate non censetur.* Qua reddita, si co-  
 gitasset ICtus, quod plerique interpretes ei affingunt, ethi-  
 niones.

HARTM. PISTOR. *d. l. num. 2.* miratur CAGNOL. ad *d. l.*  
*fin.* dicentem, difficile esse, bonam et realem rationem assignare,  
 non erubescerem iudicare, PAPINIANI sententiam ad eorum  
 numerum pertinere, de quibus IULIANVS in *l. 20.* D. *d. LL.*  
*Non omnium, quae a maioribus constituta sunt, ratio redi potest.*  
 Ipse PISTOR. *d. l.* hac vtitur explicatione, vt dicat, heredita-  
 tem, quod, iure publico, *lege, vel testamento* deferatur, *pactis nec*  
*dari, nec immutari posse.* Eodem collineat MATTH. BERLICH.  
 Part. II. Conclus. XLIII. ab init. qui hoc etiam addit, *vt*  
*quis hereditati renunciare possit, necesse esse, ut efficiat, ne sit*  
*cognatus proximus.* Quae vt confirmet IOH. VLR. CRAMER.  
*d. l. quae publica,* inquit, *legum auctoritate introducta sunt, di-*  
*cuntur esse iuris publici:* nam alio sensu retentio Falcidiae, et us-  
*capio, iuris publici dici nequeunt.* Ergo testamenti factio iuris  
*publici est.* Quare, quum ius publicum priuatorum pactis muta-  
*ri non possit; nec testamenti factio priuatorum pactis mutari pot-*  
*est.* Quum hoc expediti iuris sit; omnia pacta, quibus testamenti  
*factio inducitur mutatio, non poterant non iuris auctoritate im-*  
*probari.* Iam vero claret, quod testamenti factio inducatur  
*mutatio,*

*mutatio, si partis diversus a testameti factio de futura successione inualescat modus. Ergo istiusmodi parta iuris autoritate erant improbanda.* Paulo aliter HENR. DE COCCEII Disputat. LIII. Tem. II. Seçt. III. §. 4. hereditatis renunciatione nec votum captandae mortis obstat, nec testandi libertatem ea adimi, id solum ei officere dicit, quod non possit nolle, qui non possit velle, nec renunciare, qui nec acquirere. Mitto alios pene multos, qui, hos secuti, iisdem se conuinci argumentis passi sunt.

## §. VI.

Quae refuta-

tantur. Id vero PAPINIANVM haud cogitasse, ex ipsa iuris ratione intelligi, et ex VLPIANI responsò in d. l. 1. §. 3. luculentemente cerni, existimo. Primo, si omnia, quae legum auctoritate nituntur, eatenus iuris publici dicere velimus, ut nihil contra ea per l. 45. §. 1. D. d. R. I. partis effici possit, quae tandem utilitas, quis effectus ex illa IVLIANI regula eueniaret, in l. 41. D. d. Minor. obvia, unicuique licet contennere, quae pro se introducta sunt. Ut potius illa iuris regula in d. l. 45. §. 1. et in d. l. fin. comprehensa, priuatorum conuentio, sive cautio, iuri publico non derogat, id solum inferat, quae, vel ad negotii alicuius formam, sive essentiam exigantur, vel publicae utilitatis causa constituantur, vel denique fieri prohibeantur, ea, nec tolli, nec mutari priuatorum cautionibus, vel conuentionibus, posse. Ex quo consequitur, testamento a filiosfamilias, consentiente patre, condito nihil agi, quia solius patrisfamilias est testamenti factio, consequitur, dispositionem m. c. factam, quae legata quidem, sed nullam heredis nominationem contineat, codicillum esse, non testamentum, etiam si vel centies testamentum appelletur, quia ab heredis institutione testamentum inchoat, possent in hanc rem sexcenta alia adduci; consequitur, creditorem, pignoris, hac lege accepti, vt, si stato tempore

9

tempore non redimatur, siuum esset, eius, inquam, ex negle-  
cta relutione, dominium haud nancisci, quia pactum com-  
missorum, tanquam rei publicae perniciosum, reprobatur;  
consequitur, heredem ab eo scriptum, qui hereditatem suam  
alii stipulanti promiserit, iure romano heredem esse, quia  
hereditas pactis, tanquam turpibus et improbis, liberoque  
testandi arbitrio aduersariis, transferri prohibetur.

### §. VII.

Consequitur denique, vt ad rem propositam reuertar, *Vera ratio filiam, dotem* <sup>confituitur.</sup> *accipientem, vt ne quid aliud ex he-* <sup>confituitur.</sup> *reditate patris sperare sibi liceret, iure Romano propterea* <sup>confituitur.</sup> *ab hereditate patris non excludi, quoniam eiusmodi pactis* <sup>confituitur.</sup> *legitimae, pietatis a parentibus et liberis sibi vicissim debiti-* <sup>confituitur.</sup> *tae, adeoque publicae vtilitatis causa, legibus introductae* <sup>confituitur.</sup> *et confirmatae, fraus fieri, adeoque in ius publicum committi,* <sup>confituitur.</sup> *existimatur. Nequaquam vero d. l. fin. d. Suis et legit. interpre-* <sup>confituitur.</sup> *tationi opitulatur l. 3. D. d. R. I. cum Florentina non nolle,* <sup>confituitur.</sup> *aut cum Haloandrina non velle, aut cum Vulgata nolle lege-* <sup>confituitur.</sup> *re satagas. Ibi, quoniam non maior vis racini esse potest,* <sup>confituitur.</sup> *quam expressi, VLPIANVS dicit, si dubitetur, consensus, vel* <sup>confituitur.</sup> *dissensus, qui ex factis alicuius colligatur, efficere quid pos-* <sup>confituitur.</sup> *sit, oportere, vt sciamus, is iubendi potestatem habeat, an* <sup>confituitur.</sup> *minus. Quod per se patet. Quid enim refert, nosse, vo-* <sup>confituitur.</sup> *lueris, an minus, si, quum velis, voluntate tua nihil effi-* <sup>confituitur.</sup> *cere valeas? Adeoque verum est quidem, abundare abdicationem a iure factam, quod non habes, quia non entis, vt* <sup>confituitur.</sup> *cum Philosophis loquar, nulla sunt attributa; Sed ab hoc* <sup>confituitur.</sup> *longe distat quaestio, qui hereditatem viuentis pacto acqui-* <sup>confituitur.</sup> *rere prohibetur, an is propterea nihil egisse existimandus sit,* <sup>confituitur.</sup> *hereditatem ex lege debitam si pacto dimiserit?* <sup>confituitur.</sup>

(bon)

### B

### §. VIII.

## §. VIII

Et confir- Nobis non agitur de nihilo. Agitur de hereditate, matur. iure, partim perfecto, partim imperfecto, debita. Qui, quod maius est, non potest, propterea nullo iure ab eo ar- cetur, quod minus est. Cui donandi ius est, eidem etiam vendendi, verum tutor recte vendit, quanquam donando nihil agit. Aequae minus ex prohibitione pacti hereditatis acquisiſtiū ad inualiditatēm pacti de non succedendo conse- cutio procedit. Plus est in acquisitione iuris, quam adqui- ſiti remiſſione. Siquidem prōiora nouimus iura ad liber- randum, quam ad obligandum, l. 47. D. d. O. et A. et ob id remiſſionem debiti, quantumcunque sit, aliis donationis ex- emplo, iudicialis insinuationis necessitatī non adſtrictam l. 23. D. d. Donatt. Porro vidimus, (§. I.) pacta, quibus de ad- quirenda ſucceſſione agitur, ob maturandae mortis votum, quod gignere existimarentur, et inprimis, ob ſummum fa- vorem, libertatis teſtandi, iure romano reprobari. Vtrumque in hereditatis renunciatione deeffe, largiuntur omnes. Per quam videlicet, quia doli exceptio haud nocet, quibus teſtatoris voluntas non refragatur l. 19. §. 1. d. R. l. et, quod alicui praefatūr, eidem inuitō non tribuitur l. 156. §. 4. eod. is, cuius futurae ſucceſſioni renunciatur, teſtandi, et, per teſtamentum renunciāti legāndi, eumue heredem iſtituēndi, facultate non priuatur. Ex his igitur omnibus, si quidem praeterēa ex l. fin. C. d. Paſt. cognoscimus, non fuſſe ani- mum, omni omnino vi obligationis exuēndi pacta, quae ad futuram ſucceſſionem respiciant, meo iudicio conſecutur, diuersam ab ea, quam §. 7. exhibui, l. f. d. Suis et legit. lib. non admittere interpretationem. Eamque indubiam facit d. l. 1. §. 3. D. si quis a parent. minif. qua ſuſtinetur hereditatis renunciatio, a patre facta, qui viuus, quantum ſatis eſt, (i. e. legitimam) acceperat, non ut cognitione deſtituatur, (quod

(quod vult BERLICHIVS d. l.) sed successionis commodo,  
quod, non facta renunciatione, ob cognitionem habuisset.

### §. IX.

Errat, qui ex modo d. l. i. §. 3. et l. fin. d. suis et legit. Falsa l. i.  
lib. ict. l. 3. C. d. Collatt. colligit, distinguendum esse inter §. 3. si a  
liberos et reliquos, quibus debeatur legitima, et existimat, <sup>par. qu.</sup> <sub>minif.</sub> in-  
renunciationem liberorum omnino inualidam, caeterorum interpre-  
contra seruandam, HERMANN. ZOLLIUS in *Diss. d. Paetis* <sup>tio.</sup>  
*Successoriis* §. 19. sqq. Ut promissionem liberorum parentibus  
factam plane nullam prober, praeter dd. ll. fin. et 3. hoc ar-  
gumento vtitur; i parentibus incumbe, vt augeant,  
quantum possint, liberorum opes, et secundum l. 35. §. 1.  
C. d. Iiostic. testam. meritis magis filios ad paterna obsequia pro-  
vocent, quam passionibus adstringant, parentum contra abdica-  
tiones a successione liberorum omnino ob d. l. i. §. 3. si quis  
a par. minif. validas dicit. Cuiuis, hanc distinctionem iuris  
auctoritate destitui, sola l. 35. perlecta, constare debet, cuius  
§. fin. haec haber: *Quae omnis sanctio suas radices extendat non*  
*solum ad filium et filiam, sed etiam ad omnes personas, quae de*  
*inofficio querelam contra mortuorum ultima elogia possunt mo-*  
*vere.* Non solum haec ipsa verba, verum integra illa l. 35.  
cuiuis facile meam distinguendi rationem, et l. fin. d. suis et  
legitim. lib. explicationem, genio et sententiae Romanorum  
conformem, commendabunt. Cerre GODOFREDVS eam  
probat in not. 28. ad l. 3. C. d. Collatt. verbis: *nisi forte dos*  
*data legitimae portioni satis sit, et sufficiat.*

### §. X.

Sed quid efficiat hoc iure eiusmodi renunciatio, non-Efficiens  
dum liquer. Succincte, et, quantum scio, optime hanc paeti re-  
rem enucleauit ARNOLD. VINNIUS in *Tractat. de Paet. iure roma-*  
Cap. no.



*Cap. XIX. §. fin.* cuius sententiae magnam partem, nec tamen omnino, subscribo. Primo distinguit, cuius successioni renunciatum sit, is intestatus, an, condito testamento, deceperit, dein inter renunciantem eum, cuius sit ius ab intestato succedendi, et cuius praeterea sit ius de inofficio querendi. Ex qua distinguendi ratione consequeretur, renunciationem ab eo factam, qui de inofficio queri non possit, nullius esse utilitatis. Admittitur nimurum, etsi renunciauit, ad intestati defuncti hereditatem, a qua, si non renunciauit, per testamentum excludi, nemo ambigit. Existimmo tamen, fieri posse, ut ob renunciationem a legitima successione debeat remoueri. Quippe, si ponimus, pacto accessisse, cui extra casum renunciationis, vel cum renunciante, vel post eum, legitima successio debetur. Id, quod claret ex *I. fin. C. d. Paſſ.* Nec obuertes, hanc legem ad pæta dispositiua pertinere, dum generali dispositionis appellatione etiam renunciatio continetur. Modo, cui legitima deberur, quantum huic sufficiat, aliisque cognatus, accepto aliquo, et tantum non gratis, renunciauerit. Aliter, non video, posse conciliari HERMOGENIANI et VLPIANI responsa in *I. 94 D. d. adquir. I. omitt. heredit.* et in *I. 1. §. 3. § quis a par. mmif. obvia.* Si quidem contra naturam est, obligationis vinculo parentes et liberos comprehendere, remotioresque cognatos a promissi præstatione liberare. Hoc autem largior, si cui soli renunciatio facta suae successionis, quoniam nemo alteri stipulando acquirere valet, *I. 17. §. pen. D. d. Paſſ. I. 11. d. O. et A. I. 73. §. fin. d. R. I.* eo animo stipulatum esse existimandum, quo liberior sit, non tam iure ciuili, quam imaginario quodam naturali, testandi licentia, adeoque stipulantem, si intestatus deceperit, tacite declarasse, se nolle vti iure ex pacto quaesito, sed, nihil impedito renunciatione, res suas renuncianti relinquere.

§. XI.

## §. XI.

Deinde nec a me impetrare possum, ut **VINNIO** con- Idem ar-  
cedam, inter ius Pandectarum et Codicis, ut et Nouellarum gumen-  
distinguenti, quanquam est elegans, et iuri Romano appri- tum.  
me accommodata obseruatio, secundum Digestorum pre-  
cepta, mortis causa donata, et inter viuos hac lege, vt in  
quartam haberentur, accepta, in legitimam fuisse imputan-  
da, et inofficiose querelae obstatte. Vtrum vero ex gene-  
rali, renunciationis a filio patris hereditati factae improba-  
tione, quam in *I. 35. §. 1. C. d. inoffic. testam.* legitimus, et ex  
forma, vt legitima titulo heredis institutionis relinquetur,  
in *Nou. 115. Cap. III. sq.* praescripta, consequatur, omnes  
omnino nullius esse facienda hereditatum renunciations,  
id mihi quidem vix persuadeo. Nimirum generaliter, vt  
supra (§. IV.) vidimus, etiam Digesta improbant pacta de  
non succedendo. Ne, quod mihi demonstrasse videor, le-  
gitimiae fraus fiat. Admittunt enim, salua legitima *d. I. I.*  
*J. 3. si a par. quis mmisi.* eiusque, qui, hac accepta, heredita-  
tem, eiusue partem sibi vindicat, (non enim video, quid,  
hoc loco, hereditatem et bonorum possessionem, ad quam  
**ULPIANVS** in *d. I. 1.* respicit, interesse possit) eius, inquam,  
petitioni dolii mali exceptionem opponere sinit. Idque sum-  
ma ratione, dum quisque ius, sibi legibus concessum, quod  
republicae commodum non ingreditur, valide remittit, et  
eiusmodi remissioni nulla ne quidem cogitari potest inesse  
naturalis turpitudi.

## §. XII.

Quum igitur in toto iure nostro generi per speciem Idem ar-  
derogetur, et illud potissimum, quod ad speciem directum gumen-  
fir, habeatur, *I. 80. D. d. R. I.* bonique sit interpretis, quo-  
visque leges sibi obstatre visae conciliari possunt, laborare  
potius

potius de conciliandis iis, quam admittere, factam antiqui iure novo, praesertim, si huius idonea ratio reddi nequeat, *L. 14r. d. R. I.* abrogationem, non video, quid obster, quominus admittamus, contra formam iure Codicis et Nouellarum praescriptam, illam ab *VLPIANO* in *d. L. 1. §. 3.* suppeditata exceptionem. Quam haec tenus exposui pacti de non succedendo naturam, qualem ius Romanum nobis exhibet, facile videri possem, iusto longior esse persecutus, qui ab initio fatebar, eius origines aliunde petendas esse. Attuli tamen praesertim, ut pateat, ipsi *PAPINIANO*, *HERMOCENIANO*, *VLPIANO*, quin *IVSTINIANO* non aeque inuidiosum fuisse pactum renunciatuum, ac *HARTM. PISTORI*, aliisque, hunc securis, nostri aevi interpretibus, quod ex sequentibus etiam magis elucescat.

### §. XIII.

*Antiqua Germania* Maiores nostros antiquissimo pariter, ac postero tempore, usque dum ius romanum iis innotuerit, testamenta ignorauit, menta plane ignorasse, non solum ex *TACITO* *d. M. G.* verbis: *haeredes, successoresque sui cuique liberi, et nullum testamentum*, sed legibus etiam gentium Germanicarum, admixto iure romano nondum auctis, intelligimus, quae nullas, nisi cognatorum, loquuntur hereditates. Pleraque illae leges cum successionis ordine ab ipso Deo, secundum *Numer. Cap. 27. v. 8. sqq.* inter Hebraeos constituto, ut primus filio, hoc deficiente, filiae, post eam fratri, dein agnatis remotioribus, denique cognatis etiam reliquis, cederent possessiones mortuorum, amicè conspirant. Graui argumento, praesertim si aliarum etiam gentium consensum cognoscimus, de quo *BODINVS d. Republ. L. V. Cap. 2. VINNIVS d. suprà l. Cap. XIX. §. 3.* *SCHILTERVS Exercit. ad Pandect. VIII. §. 39. not. a.* mitto alios, testantur, naturae homi-

hominum hoc maxime conuenire, vt hereditates ex sanguine deserantur. Nec mereri testamenta tantum, quo in iure romano fulciuntur, patrocinium. Quibus non solum id efficitur, vt opes in alienas gentes transferantur, sed, quae praeterea magnam litium partem excitant, quibus hodie iudicia agitantur. Ut vix definiri possit, eorum restrictione, an licentia, magis reipublicae consulatur. Hoc sane, si quid video, verum est, nullam ea habere, nisi a dominii libertate, eiusque fauore, commendationem, adeoque contra rationem niti, et contra illud naturale praeceptum, quod favore alicuius constitutum in eius odium retorquere verat, qui partis ad successionem directis, testamentorum causa, clamant. Tota res redit ad illud viri magni nominis MONTESQUIEU de l'Esprit des Loix Liu. 26. C. 6. l'ordre des successions depend des principes du droit politique ou civil, & non pas des principes du droit naturel.

#### §. XIV.

Ex collatione legum genium Germanicarum, quas Expositio exhibit IOH. VLR. CRAMER in Opusc. Tom. I. Tractat. III. successionis legitima Ger-  
Cap. I. §. 3. it. IOH. FRID. POLAC in Syst. Iurispr. Germ. Lib. II. Cap. X. patet, hanc fuisse olim successionem, vt bona pa- manorum, rentum mobilia aequa, ac immobilia, filio cesserint, solis, quae geradica sive vtrisfilia hodie vocantur, filiae reliquis; et, si filius defecerit, qua tamen appellatione etiam nepos ex filio continetur, v. POLAC d. I. §. V. et SENCKENBERG d. Successione Filiarum in regnis et principatis Cap. V. §. LIX. nec non HEINECC. Elem. Iur. Germ. Lib. II. §. CCXXII. plerorumque, et inter hos Saxonum placitis, secundo loco filias omnino, aliorum vero more in mobilibus tantum admissas, quoad successionem terrarum contra, proximis consanguineis ad quintum usque gradum post-

postpositas. Idem obseruat. NICOL. HIERON. GUNDLING. in *Dissert. Errores Pragmaticor. de renunciat. hereditatum filiar.* illistr. Cap. I. §. 12. sqq. qui hanc rem aliarum etiam gentium consensu illustrat, et notat, qui filiabus plus tribuere voluerint, id singulari traditione inter viuos effecisse. Ut vel, postquam innotuerat ius Romanum, melior quoad legitimam successionem fuerit, et adhuc passim habeatur, filiorum, quam filiarum conditio v. ESTOR T. R. *Gelshersamk.* Th. 2. §. 3005. ibique laudati, it. GUNDLING. d. l. §. 15. sqq. I. P. SAX. Lib. I. art. 17. Scimus enim, hanc in lucem prodidisse compilationem, ex quo iam cooperant innofcere in Germania placita Romanorum. Ut vel studium conseruandarum patriarcharum consuetudinum utriusque compilationi SAXONICAe et SUECICAe causam dederit. Insistebat enim aliquamdiu Germania suis moribus, quod intelligimus ex eo, quod laudatus CRAMER d. l. §. 10. ex ALBERICO ad ann. 1234. hoc notat, a FRIDERICO II. dictatam esse mulctam 100 marcarum argenti secundum propriam prouinciarum consuetudinem non iudicantibus. Et in primis testamentorum receptioni resistebat. Ut, vel religioni duxerint, successione heredem legittimum fraudare, secundum paroemiam, *wer will wohl und seelig sterben, lässt sein Guth dem rechten Erben,* et, qui condere testamentum voluerit, ei Imperatoris privilegio opus fuerit, quod euincta charta ap. ADAM. FRIDER. GLAREY in *Anecdot. T. I. n. 20.* exhibita de ann. 1359. qua CAROL. IV. M. Nic. Wurmsero pistori aulico permisit, disponere, legare, donare, testari et ordinare de bonis suis omnibus, mobilibus et immobilibus et rebus suis, et diploma apud LVNIG. im Reichs Archiv Part. Spec. Cont. 4 P. II. p. 486. quo idem ciuibus Spirensibus indultum, *wir geben ihnen auch freye Gewalt und ganze Macht, ihren Erben ihr Guth zu lassen und für ihre Seele zu setzen,* i. e. animae suae redimendae causa ecclesiae legare.

re.

re. Qua de re fusius differentem consulere licet HEINEC-  
CIVM in Elementt. Iur. Germ. Lib. II. §. 181. sqq.

### §. XV.

Indeque factum, qua in re omnes conspirant melioris Quam ob-  
notae interpres, vt Germani, sui moris in deferenda legi- rem ius  
timia successione, ad illustres praesertim quod attinet, tena- Romanum  
ciores, quum viderent, aequalia filiabus cum filiis iura, in nunciaris  
bonis hereditariis, legibus Romanorum tribui, vt, filias, <sup>vis causam</sup> dederit.  
accepta dote, paternae hereditati renunciare, cura-  
rent. Hereditati inquam, siue allodio. Quanquam  
enim feuda maximam terrarum partem per multa retro se-  
cula in Germania comprehendunt, eorum successionem, per  
se paetitiam, quippe contractu feudali definitam, et inuesti-  
tura domini confirmatam, iuris romani receptione non mu-  
tatam, Langobardorum consuetudinibus tantum quodam-  
modo perturbatam, scimus. Quibus videlicet in Germa-  
niā translatis effectum est, vt non solum, quae antea a pa-  
tris inuestitura, expectativa, vel communi manu, (vt his  
artis vocabulis vtar) pependerit in feudis antiquis successio,  
passim consanguinitate conseruari existimaretur, sed vt here-  
ditaria etiam obligatio successionem hancce introiret cap.  
*XLV. II. d. Feud.* Quoniam igitur feuda natura sua a foe-  
minis possideri, et mortis causa capi, non patiuntur, et nemo  
repudiare id potest, quod, si velit, habere nequit l. 174. D. d. R. I.  
nec poterat feudorum causa necessaria videri, nec vñquam  
visa est, filiarum renunciatio. Si quaedam promiscuae suc-  
cessionis feuda, puto, simultaneam filiabus cum filiis succe-  
sionem largientia, et plane hereditaria, id est, allodiorum  
naturae, successionis ergo, restituta, excipias. In allodiis vero  
quum filiorum successio legi inniteretur, eoque omnes ner-  
vos intenderent, qui tum temporis iudicis praeerant, vt  
causas

~~~~~

causas controuersas secundum praecepta et regulas Romanorum dirimerent, rectius subuerebantur parentes, ne aliquando filiarum causa iusto mitius ageretur, adeoque harum renunciatione filiorum securitati prospiciebant. Non, vt illis spem succedendi legitimam auferrent, sed, vt his eam conservarent, v. GUNDLING. d. l. Cap. II. §. 5. Audi Illustrēm SENCKENBERGIVM in Libello de Renunciationibus filiarum in Regnis et Principatibus Cap. VI. §. 81. sic differentem: Non existimandum, filiam vel unicam renunciasse, si ei contradicendi fuisse ius. Genus sane mulierum avarum, sui tenaz, et masculis, gentique ut plurimum inimicum, contra a corpore suo descendenteribus fauens. Vnde certe concludendum, ne unicam quidem foeminam renunciantem, ius radicatum se remittere, censuisse. Putarem, non adeo multum virum illustrēm a vero aberrasse.

### §. XVI.

*Renuncia-* Inde laudatus SENCKENBERG, cum eoque non pauci  
tio filiarum, inter recentiores, iisque magni nominis interpretes, non  
an sit ne cessaria, adeo coeco peregrini iuri amore capti, sed patriarcharum simili  
consuetudinum non immemores, et genii suae gentis stu-  
diosi obseruatores, publice profiteri et propugnare non du-  
bitant, renunciations eiusmodi non voluntatis esse filia-  
rum, sed necessitatis, neque ex omissa, vel negata, renuncia-  
tione iuri earum hereditario accrescere quidquam posse.  
Quae est sententia viri illustris IOH. STEPH. RÜTTERS in Aus-  
erlesenen Rechts-Faellen Respons. XCIX. num. 33. et in Respons.  
CLXXXVI. num. 64. sgg. aliorum consensu non destituta.  
V. COCCEII. Tom. II. Disp. LVI. §. 13. GEORG. PHIL. BE-  
SSEMER in Diff. d. Renunciatione filiar. nobil. immediator. accepta  
congrua dote, et de huius recadentia. §. 16. ff. it. IOH. HENR.  
BOCRIS. in Diff. Larva renunciationibus filiarum illuystrium et  
communi desuper opinioni detracta §. 14. ff. Cui quidem  
quoad

quoad Illustres, quorum causam illi agebant, si constans  
et perpetua obseruantia factarum a filiabus renunciationum,  
successionisque, his exclusis, ad filios deuolutae doceri pot-  
est, vel is, de cuius successione agitur, ipse nomothesia  
pollet, accedo, in priuatorum causis vero, nobiles ii qui-  
dem sint, an ignobiles, suffragandum non est, nisi iure Pro-  
vinciali, vel statutario, vel consuetudine, vim iuris nacta,  
filiorum petitio sustineatur. Siquidem de generali receptio-  
ne iuris Romani, non est, quod dubitetur, adeoque, quamuis  
ab origine non omnino abrogandi, sed supplendi patrii iu-  
ris causa introductum sit, fidem facere, oporteat, consue-  
tudinis germanicae, vel conservatae, vel restauratae, cui lex  
romana refragatur. Qua de re fusius et apprime differen-  
tem consulere licet DAVID. GEORG. STRYBEN. in *Neben-*  
*Stunden Abhandl.* XXXII. §. 3.

### §. XVII.

Hoc verissimum, renunciations hereditatum esse Ger-Origo no-  
manicas, factasque post introductionem Iuris Romani in-  
stri paci primis frequentes, ut legitimus ordo successionis ex anti-  
quisimo vsu translatus, quin munitus legibus omnium gen-  
tium Germanicarum, conservaretur. Idemque conspicuum  
partim ex aetate renunciationum a foeminis, praesertim  
illustribus, factarum, v. 10. VLR. CRAMER Tom. I. Opusc.  
III. Cap. I. §. 31. Partim ex numero scriptorum huius ar-  
gumenti, quorum partem nominaui, et paucitate eorum,  
qui de renunciationibus in genere, praesertim iis, quae a  
masculis fiant, tradiderunt. Denique ex multitudine statu-  
torum, quae renunciations eiusmodi, seu separations  
liberorum a familia parentum, eorumque ab horum successio-  
ne exclusiones approbant, cuius exemplum fistunt *Ius Lu-*  
*becense* apud DAVID. MEVIVM Part. II. Tit. II. Art. XXXIII.

C 2

dequo



de quo etiam IOACH. LVC. STEIN vom *Lübbischen Rechte*  
*Lib. II. Tit. II. §. 241. sqq.* item *Rostockisches Stadt-Recht*,  
*Part. II. Tit. II. §. 15. ff.* *Statuta Verdens. 25. sq.* *Ius Prov.*  
*Wurfsat. tit. I. art. 6. §. 1. ap.* FRID. ESAI. PVFFENDORFF.  
 in *Observati. Iur. Univ. Tom. I. Append.* p. 63. et 86. v. etiam  
 IOH. CAR. HENR. DREYER *Anmerkung der Kinder, so in der*  
*Were sind; in der Sammlung vermischter Abhandlungen* p. 93. ff.

### §. XVIII.

Crameri Idem laudatus CRAMER d. l. §. XI. sqq. BVRGERMEISTERI in *Thesaur. Iur. Equestr. T. I. p. 338.* auctoritatem se-  
 futatur. opinio re-  
 cutus, variorum exemplorum commemoratione probat, Se-  
 culo XIV. et XV. frequentes obuenisse eiusmodi renuncia-  
 tiones, ob fidei Germanorum sanctitatem, ex sola renun-  
 ciantis promissione validas, et seruatas, et, postquam ab  
 antiqua dexteritate deficere cooperint, seculo XVI. denum  
 vsu venisse, vt iuriurandi religione fuerint corroboratae,  
 quippe quas ex huius accessu Ius Canonicum C. 2. d. Paet.  
 in 6to firmas et efficaces tueretur, quum existimauerint Ger-  
 mani, ius Romanum, non domesticis moribus, expressae  
 tantum legis auctoritate reprimi posse. Haec, sive histori-  
 ca munita, admitto. Quod si vero concludit d. l. §. XIII.  
 in fin. pacta hereditaria renunciatiua non moribus, sed iure  
 Canonico fuisse recepta, neminem facile habebit consentien-  
 tem. Consequitur potius ex praemissis, hereditatum re-  
 nunciations Germanicae originis esse, sed hos ipsos Germanos,  
 quo magis et firmius contra mendacia improborum,  
 et contra leguleiorum cauillationes se defenderent, interdum  
 e re habuisse, vt pacto iuriurandum accederet, praeferit, quod  
 intellexerint, tum iuris sacri tuitionem non deesse.  
 Coepit enim tractu temporis languescere feruor, conseruan-  
 di consuetudines, a maioribus acceptas, et cogitatio Imper-  
 ranti-

rantibus nasci, procul dubio a consiliariis, Ictis, et iuris  
 romanii nimium studiosis insita, vix posse diuerti ab huius  
 iuris, tanquam ab antecessoribus in Imperio ad se translatis,  
 praecepsit. Quam sententiam fouisse videtur MAXIMILIA-  
 NVS I. in der Satzung von Gotteslaeßtern d. a. 1495. Sammlung  
 der Reichs-Abschiede P. II. p. 28. V. STRUBEN d. l. §. 7. ibi-  
 que citati. Pugnat etiam illa Crameri sententia cum ipsa rei  
 natura. Concedit ipse, et factis historicis confirmat, renun-  
 ciationum iniuratarum exempla in primis decimo quarto et  
 quinto seculo frequentia obuenire. Neque credibile est, hoc  
 demum tempore suisse ex cogitatas. Fit mentio eorum in  
 Iure Lubecensi, vii ante attuli, cuius aetatem constituit  
 MEVIVS, in tempus Imperatoris FRIDERICI I. quem sci-  
 imus ab anno millesimo ducentesimo quinquagesimo secun-  
 do ad nonagesimum usque Imperii sceptrra tenuisse, quin ali-  
 quanto altius repetit CHRIST. GOTTL. RICCIUS von Stadt-  
 Gesaetzen Lib. I. Cap. V. Prostet etiam in Praefat. a  
 GEORG. LVDOV. WILHELM. BENECKE, SENCKENBERGII  
*Disquisitioni de Successi Filiar. in Regnis et Principatt. praemis-  
 sa §. 3.* pactum renunciatiuum, donationis monasterio facien-  
 dae causa, initum, et ab Imperatore HENRICO IV. anno  
 millesimo septuagesimo tertio confirmatum.

### §. XIX.

Quam ob rem, quam naturae hominum, quam du-  
 cem potissimum secutos esse Germanos, nemo insciatur, perpetuo  
 nihil magis conueniat, quam, ut conuentionibus dominia re-  
 rum et quaevis iura acquirantur, et remittantur. Etenim, si vatum.  
 HVG. GROTIUS in I. B. et P. Cap. VII. §. 3. concedimus, di-  
 centi: *successio ab intestato quae dicitur, posito dominio, remota  
 omni lege ciuili, ex conjectura voluntatis, naturalem habet origi-  
 nem. Nam quia domini ea vis erat, ut dominii voluntate trans-  
 ferri*

—————

ferri in alium posset, etiam mortis causa, ac retenta possessione, ut supra diximus, si quis voluntatis suae nullam edidisset testimoniem, quum tamen credibile non esset, eius eam mentem fuisse, ut post mortem suam bona occupanti cederent, sequebatur, ut eius esse bona intelligerentur, cuius ea esse voluisse defundit, maxime erat probabile; Consequitur, naturam multo apertius postulare, vt successio ei addicatur, cui pacto a domino promissa sit, et vt ei negetur, qui conuentione, se petere nolle, promiserit. Quum præterea sciamus, Germanorum more, fundos, qui maximam patrimonii partem effecere, alienari libere non potuisse, sed quodammodo in condominio totius gentis, cui iure deberetur eorum successio, fuisse; Ignorantiam denique testamenti factionem, summamque sub tyrannie Cleri superstitionem, nihil magis est credibile, quam renunciations hereditatum nullo tempore in Germania fuisse, factas ab initio in primis animo, auxiliandi donationibus ecclesiae, vel monasterio faciendis, easdem frequentiores, conseruandae successionis antiquae legitimae causa, post introductionem iuris romani prodisse, tandem huius auctoritate tempore et usus frequentia magis incremente et confirmata, passim etiam iuris iurandi religione vestitas. Verbo. Renunciations illas esse origine sua domesticas, usque perpetuo non inter illustres tantum, sed priuatissimam etiam, conservatas. Consentit STRUBEN d. l. §. 21. et satis multi, ab eo citati, iidemque fere omnes, magni nominis, magnaenque in foro auctoritatis. Est enim in hac re simul numero et auctoritate interpretum eo magis decertandum, quo certius plures, ex negligentia et inscita consuetudinum patriarum, coecoque feroce, exstirpandi omnia, quibus obstatre ius romanum videretur, prodire, et auctoratum praecidio et numero, non argumentorum pondere, increbuisse opiniones, valori et effectis nostrae renunciationis multum detra-

detrahentes. De quibus omnibus, his demum principiis positis, et, nisi omnino fallor, satis confirmatis, certum quid indicari et constitui potest.

§. XX.

Etenim quum viderimus, pactum de non succedendo Hinc II.  
esse Germanicum, idem conformi et perpetuo usu etiam romanæ  
post introductionem iuris Romani, conseruatum, quin sae- respectu  
pius ob eandem causam repetitum, necessario consequitur, huius rei  
quas supra §. IV. ss. ex legum romanarum corpore adduxi, Germani  
prudentia responſa, et principia constitutiones, ad nos nos non  
plane pertinere non posse, quippe ex longe alio, eodemque attinent  
a placitis Germanorum plane diuerso, quin iis, aduersario  
fonte promanantia. Cuius rei probatione nihil potest esse  
facilius. Ius romanum, tanquam peregrinum, aliam sibi,  
quam ex spontanea receptione, vindicare nequit auctoritatem;  
Si nulla quidem generalis publicatio eius vñquam facta est,  
nec ob diuersam reipublicae rationem, quae multis legibus  
locum non concessit, fieri potuit. Ut, quae hic vel illic,  
praesertim ab Imperatore Maximiliano I. mentio eius sit in  
Imperii legibus, neutiquam pro generali confirmatione, sed  
recepti, qua de re tum temporis non amplius dubitabatur,  
probatione habendum sit. Quum igitur constet, Germanos,  
etsi testamentariam successionem, et legitimam, qua-  
lis ibi proponitur, respectu ciuium suscepint, a pacis suc-  
cessoriis negatiuis non abstinuisse, eaque magis etiam fre-  
quentasse, non possunt, quae his in iure Romano obstant,  
inter nos pro receptis haberi, vilianque iuris auctoritatem  
sibi vindicare. Neque est, vt hoc intuitu inter Illustrium  
ac ciuium causas distinguamus, si inter hos quidem non mi-  
nus, quam illos, acceptam a maioribus consuetudinem  
probauimus conseruatam, eandemque, quod ad nos attinet,  
iure

[decorative flourish]

iure Saxonico communī *Lib. I. Art. XIII.* corroboratam. Vt potius ob tutelam hodierni iuris, quo nostrum continetur, secundum ipsius romani iuris praecepta, naturam plane diuersam ab illa, in legibus supra adductis, puto *I. fn. d. Suis et legit. l. 94. d. adquir. l. omitt. hered. l. 3. C. d. Collat. l. 35. §. 1. C. d. inoffic. testam.* proposita, induere debeat. Audi enim Praetoris edictum: *Pactū conuenta, quae aduersus leges facta non erunt, seruabo.* Vt tantum nostro iure, quo decantatum est, validam ex quoouis pacto promanare actionem, maiore vi poileat.

### §. XXI.

Aequi mi-  
nus ius Ca-  
nonicum.

Ob eandem causam aequi minus, ac modo dicta pru-  
dentum responsa, et Imperatorum rescripta, ad nos perti-  
nere potest notissimum illud *cap. 2. d. Paet. in 6to.* cuius verba haec sunt: *Quamvis paetum patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, vt, dote contenta, nullum ad bona paterna habeat re-  
gressum, improbet lex civilis, si tamen iuramento, non vi, nec  
dolo praefrito, firmatum fuerit, ab eadem omnino seruari debebit:  
Cum non vergat in salutis aeternae dispendium, nec redundet in  
alterius praeiudicium.* Vti scimus, et ex *cap. 1. X. d. Nou.  
oper. nunciat.* intelligimus, id egiſe Pontifices, vt decreta  
sua cum iure romano, et imprimitis Imperatorum constitutio-  
nibus conspirent, ipsa res loquitur, *Bonifacium VIII. in d.  
cap. 2. respexisse ad l. 3. C. de Collatt.* partimque eam confir-  
masse, partim exceptionem, ex iurisiurandi accessu, constituise.  
Quamobrem, quum Germanos ipsa *l. 3.* non tangat,  
limitatio Pontificis non proprius eos attingere potest. Ius  
nostrum istiusmodi pactum non respuit, adeoque iurisiurandi  
religione, qua sustineatur, non indiger. Nec obueritas,  
vſu veniente in Germania, vt renunciationibus iurisiurandum  
adiicerent, idque tam diu factum, vt certe ex consuetudine  
recen-

recentiore ius nouum prodierit, quo, firmitatis renunciationibus conciliandae causa, necessaria facta iurisiurandi religio. Etenim, vt eiusmodi consuetudo inualescere potuerit, necessarium fuisset, vt nudae renunciations impugnatae et infirmae iudicatae fuerint. Cuius rei probationem exspecto. Dein vehementer dubito, posse fidem fieri vniiformis eiusmodi consuetudinis, vt potius exempla ac testimonia, quae afferunt laudatus **BENECKE** d. l. §. 5. contrarium testentur. Potius eo res credit, maioris securitatis causa, litiumque, et si inaniū, praecidendarum, adiecta passim renunciationibus iuramenta fuisse, abundantia, quae rei subiectae naturam non vitauerint quidem, sed aequa minus mutauerint. Itaque necessitas iurisiurandi non, nisi ex iure Provinciali, si quo hodie confirmetur, arcessenda est, neque, prout natura legum correctoriarum id exigit, ultra expressa legis verba extendenda. Eandemque ob causam **Conſt. El. Saxon.** **XXXV.** **Part. II.** quae filias loquitur, neque ad filios, neque ad matrem, aliasue, praeter filiam, foeminas pertinet. Consentient **MEVIUS** **Part. III. Decis. CCLXX.** **LVDOLPH.** de **Iur. Foeminar.** **Illustr. Part. II. Cap. 1. §. 19. not. 9.** **WERNHER.** **Part. II. Obs. 430.** **Part. VII. Obs. 63.** **BERGER Econ.** **Iur. Lib. II. Tit. IV. §. 48. not. 5.** aliique melioris notae interpres, item **MENCKENIVS** ad **Pandect. Lib. II. Tit. XIV.** §. **IV.** qui tamen, filiabus, quas d. **Conſt. XXXV.** nominat, simul caeteras mulieres perperam comprehendit, erroribus praxeos sine dubio seductus, de cuius inconstantia **BERGER** d. l. conqueritur.

### §. XXII.

Non minus, persuasum habeo, ex praemissis consequi, Nihil in nihil interesse, cum ipso parente filius vel filia, an cum fratre, re-  
tre,

D

ei sit, quitre, inscio, an consentiente, patre, de huius hereditate pa-  
 heredita- eta fuerit, et succedendi iure se abdicaverit. Et plane non  
 tem reli- clurus est, concedendum esse HARTM. PISTOR. Lib. IV. Qu. IV. num. 40. ss.  
 an ei, cui FRID. ESAI. PVFFENDORFF. Tom. III. Obseru. XII. alisque,  
 ex lege qui ob l. fin. C. d. Paet. pactum a fratribus super patris here-  
 ea, pre- terren- ditate, hoc inscio, vel intuitu, initum, nihil operari conten-  
 dunt. Ut potius hacc ipsa lex aequa minus, ac reliquae,  
 debetur. supra nominatae, quibus id agitur, ut aliquando obuentura  
 hereditas repudietur, ad nos pertinere possit. Si omnino  
 quidem turpe non existimauerunt Germani, futuram succe-  
 ssionem in conuentionem deducere. v. LEYSER. Meditatt. ad  
 Pandect. totum Specim. XLIII. STRUBEN. Nebenstunden  
 Part. V. Abhandl. XXXII. §. 21. Quamobrem, quam tur-  
 pitudo illa nobis nulla sit, quam d. l. fin. prohibitionis cau-  
 fam constituit, desinere necessario ipsa deber prohibitio.  
 Idemque consequitur ex art. XIII. Iur. Prou. Sax. qui libe-  
 ros ob factam renunciationem a successione in bona a parenti-  
 bus relictâ omnino repellit, nulla mentione facta, ista re-  
 nunciatio pacto, cum parentibus ipsis, an cum fratribus,  
 inito contineatur. Nec potest sane idonea ratio reddi, cur  
 magis exitu destituatur huiusmodi pactum, quam illud,  
 quo acquirere hereditatem studemus, odiosissimum Roma-  
 nis, et inter nos omnium ore admisum. Quodsi obicere  
 velis, eo rem redire, ut omnia pacta successoria iure roma-  
 no improbata reiciamus, nisi, contraria Germanorum con-  
 suetudine sustineri, appareat, nihil magis efficies. Ex mo-  
 ribus Germanorum pater, eos in genere inter licita habuisse,  
 super futura successione pacisci, ex quo consequitur, nihil  
 eorum, quae de pactis ad hereditatem instantem directis ius  
 romanum habet, ad nos pertinere posse, tanquam non re-  
 ceptum, v. LEYSER. et STRUBEN. dd. ll. ut potius ex ap-  
 pro-

probatione paſtorum, Romanis maxime inuidiosorum, ſatis probabilitate arguamus, nullam conuentione, ad futuram hereditatem quoquis modo directam, inter Germanos illicitam eſſe reputandam. Quod argumentum intuitu ſpeciei, quam ante oculos habemus, generalitas d. art. 13. egregie adiuuat. Errantque praeterea vehementer, qui in ea ſunt opinione, inauditas eſſe, et fuſſe in Germania conuentiones de rebus aliorum, earundemque alienationes, in euentum, ſi nobis deferantur, quod ſatis euincunt expectatiuae, vti vocantur, in feudis frequentiſſimae, et quoquis tempore, quin magis olim, quam hodie, frequentes, eademque ſpeciales non minus, quam generales, obligatoriae. Ut vel plus roboris fit in ſpeciali, nihilque ad eius valorem conſenſus vasalli pertineat, cuius rationem habere, ne quidem moris eſt. Quin ſupponendum, vasallum inueſtiturae euentuali, quae ſaepius ad ſpecialē expectatiua accedit, non conſentire, quum ex ſuperueniente vasalli conſenſu inueſtitura euentualis abeat in ſimultaneam, v. patris IOH. GODOFR. *Disp. d. Forma ac definitione communis Saxorum manus §. XI.* Nec video, quid interefſe poſſit promiſſionem futurae hereditatis, et feudi, quandoquidem appetiatur, quid nobis perſuadere, turpe illud, hoc autem ho- nestum eſſe. Quae quum ita ſint, plane otioſa eſſe debet obſeruatio BERGERI in *Oeon. Iur. Lib. II. Tit. IV. §. 48. not. 4. in paſtis diſpoſitiuſ ſufficere certi, de cuius hereditate quaeratur, conſenſum, etiam tacitum; non vero ratihabitionem, eleganter a VINNIO in Traſlat. d. Paſt. Cap. XIX. §. 8. re- futatam;* Si eius quidem ratihabitione facile ſuperſedemus, cuius conſenſu non indigemus. Conſentit laudatus CRAMER d. l. §. 89. ab eoque citt. etiſi iuramentum exigit, quod abun- dare, (§. XXI.) probauit.

## §. XXIII.

Renuncia-  
Gratis, an solum, aliquo accepto, fieri iure possint  
tio fit re- eiusmodi renunciationes, et, si acceptum legitimam non at-  
te gratis. tingat, an impugnari, vel certe, ut, quod deest legitimae,  
suppleatur, iure peti possit, etiam dubitatur. Mihique huius  
dubitacionis resolutio non minus ex praemissis consequi vi-  
detur. Siquidem ex receptione testamentorum iuris Roma-  
ni in Germania id sequitur, ut secundum formam praescri-  
ptam testamenta fiant, adeoque legitima in testamentis de-  
bito modo relinquatur. Id vero neutquam conficitur, li-  
beris atque parentibus non licere posse, huic iuri pro se  
constituto renunciare. Quod romano quidem iure non li-  
cer, (§. VII.) nostro autem, quod hereditatum renunciatio-  
nes probat, quid fieri impediat, non inuenio, nisi lex vel  
statutum occurrant, quod, gratis, vel pro minore legitima  
pretio, fieri renunciationem, prohibeat. Taceo, Germano-  
rum consuetudine non facile contingere hereditatum renun-  
ciationes, ut sit liberior testamenti factio, sed, quod etiam  
praemonitum, ut vel restituatur, qualis ab origine fuerit,  
legitima successio, vel saltem hodierna immutetur. Nec fa-  
cile inuenies in iure Germanico antiquo exemplum legis  
eiusmodi, quae, quam non ad statum publicum, sed ad  
commoda priuatorum pertineret, simul esse iuris publici exi-  
stimaretur, quod quidem ex sententia Romanorum diuersi-  
mode contingere, supra (§. VI.) demonstrati. Successio  
Germanorum legitima, seu lege prouinciali debita, erat suc-  
cessio fundorum, praesertim hereditariorum. Videri poterat,  
ne haec turbetur, et bona in alium transferantur, reipubli-  
cae interesse. Tamen licebat heredibus legitimis, eiusmodi  
alienationibus annuere I. P. S. Lib. 1. Art. 52. Nec oc-  
currunt haec consentiendi licentia certis limitibus circumscripta.

Vbi-

Vbique fere potius, ob commendationem, quam in se habet dominii libertas, post iuris romani introductionem, insuper habita, vt apud nos ex *Conf. XII. ac XXXI. P. II.* cognoscitur. Neque credenda est facultas hereditario iuri renunciandi, ad legitimae modum *Art. XIII. I. P. S. et d. Conf. XII.* restricta. Quod in illo fiat mentio renunciationis a liberis factae, qui, quod ipsis ex hereditate parentum aliquando deberetur, ab ipsis viuis iam acceperint, haec vero legitimam diserte loquatur. In illo articulo non agitur de renunciandi licentia, agitur potius de iure hereditario liberorum emancipatorum, (quae emancipatio fieri solebat, data aliqua bonorum parte,) videlicet admitti hos, modo accepta conferant, ad parentum hereditatem, nisi ei renunciauerint. Qua de re, quia vnius positio non est alterius exclusio, inferre nequam licet, si nihil acceperint, renunciari non posse. Et *Conf. XII.* tractat donationes bonorum aitorum, aliorumque, factas in fraudem legitimae, inscio vel inuito eo, cui haec debeatur. Igitur aequa minus consequitur, non licere, portionem, quae ex lege debeatur, partim, vel omnino remittere. Claret potius ex *Decis. Nouiss. XXV. d. a. 1746.* hoc licere, modo renunciatio in fraudem creditorum non fiat, nullo admisso, inter futurae renunciationem, ac delatae hereditatis repudiationem, discrimine.

#### §. XIV.

Non sine magna veritatis specie defenditur a multis, Argumen-  
tisdemque probatissimae auctoritatis viris, vt vim obligandi ta ex qui-  
paclum hereditatis renunciatiuum producat, oportere, vt bus vide-  
coram iudice perficiatur. Videlicet, hunc suisse morem tur, renun-  
Germanis, aiunt, vt res alicuius momenti in indicio pera- ciationem  
gerentur, quod exemplo translationis dominii fundorum, re. fieri debe-  
e eorum-

—————

eorumque oppignoratione illustrant. Ut vel, quod ad rem nostram proprius pertinet, ad *Art. 21. et 52. L. I.* nec non *30. L. II. Iur. Prou. Saxon.* prouocent, quae leges, paſta, ad successionem pertinentia, in iudicio fieri, iubent, v. SCHILTER. *Exercitatt. ad Pandectt. VIII. §. 40. not. c. LEYSER. Specim. XLII. §. 4. BARTH. Diffens. in Prax. Cent. VII. Diffens. 663.* pluresque ab hoc citatos. Quam opinionem praeterea magis commendat exemplum prolium vnonis, quam coram iudice suscipi debere, vna est omnium sententia, v. HEINECC. *Elem. Iur. Germ. Lib. I. §. CLXI. Obseruatt. Forens. pag. 447.* Accedit, statuta, quae liberorum separations, et per hoc exclusiones a futura parentum hereditate admittunt, illas in iudicio peragi, exigunt, *Ius Lubec. part. II. Tit. II. Artic. 33.* quae omnia fatis euincere videntur, eo Germanorum consuetudines redire, ut renunciatio hereditatis iacturam non efficiat, nisi praesenti iudici declaretur. Neque profecto esset, cur in causis priuatorum dubitaremus, nisi obstare videretur *art. 13. Lib. I. Iur. Prou. Sax.* quae locum et effectum tribuit renunciationi, modo probari possit, tantumque iuratam eius abnegationem exulare iubet, si veritas rei ex testimonio iudicis eiusque assessorum elucescat. Huic articulo si solus *art. 30. L. II.* obstaret, dicarem, distinguendum esse inter acquisitionem hereditatis, et eius abdicationem, hanc, modo probari possit, illam demum, si coram iudice fiat, esse validam.

### §. XXV.

Quatenus

iure Ger-

manico


Sed video huic distinctioni repugnare d. *art. 52. L. I.* necessarius si quidem heredum consensus per hunc art. necessarius, suciudicallis cessionis remissionem comprehendit, inanem, nisi in iudicio fiat.

fiat. Quam ob rem, quum modo dictus *art. 13.* aequem minus permittat, pacto renunciatio necessitatem formae iudicialis omnino adstruere, persuasum habeo, moribus Germanorum consentaneum videri, vt a rerum qualitate, mobilia subsint, an immobilia, de quorum agatur vel adipiscenda, vel remittenda successione, distinctionem repetamus. Licuisse videlicet etiam extrajudicialiter acquirere pacto, ac dimittere, rerum mobilium successionem, immobilium non aequem. Caeterum, quum longe liberior hodie *Quae No-*  
*dominorum exeat, de rebus atque fortuna sua statuendi, die omni-*  
*potestas, persuadere mihi non possum, pactiones, super*  
*hereditatio iure vel adquirendo, vel remittendo, priuatim*  
*imitas inualidas esse, vt omnes potius, modo fides eo-*  
*rum fieri possit, exitum habere debeant, modo prolium*  
*vniiones, et bonorum omnium donationem, mortis causa*  
*factam, ob *Conf. Elect. I. Part. III.* excipiamus. Quam sen-*  
*tentiam, non solum pacta dotalia, frequentissime priuatim*  
*fieri solita, nec ob id effectu destituta, sed et, si quid video,*  
*Decis. Electoral. nouiss. XIII. d. a. 1746.* confirmat, quae, dum  
*iudiciale confirmationem eum ad effectum desiderat, vt*  
*is, qui alterum heredem suum pacto constituit, alienandi,*  
*oppignorandique suos fundos, facultate priuetur, ceterum*  
*priuatas pactiones, quoad successionem post mortem pro-*  
*mittentis, confirmat. Vt solum, facta a liberiis minoris aeta-*  
*tis renunciatione paternae hereditatis, locum inueniant,*  
*quae habet Decis. nouiss. XIV.* Denique sunt, qui praeter iu-  
 dicem, quo praesente renunciatio peragatur, hoc etiam exi-  
 gunt, vt, quorum iactura instat, iurium commemoratio  
 ipsam renunciationem antecedat. Quod, et si factum vehe-  
 menter probarem, nec unquam intermitterem, si, coram me,  
 tanquam iudice, quis renunciationem meditaretur, ad for-  
 mam



mam tamen et efficaciam negotii, tacente lege, nequaquam  
reuocandum esse, censeo.

Supersunt multa de effectis pacti renunciatiui dicenda,  
atque inter haec in primis de obligatione liberorum renuncian-  
tis. Me ipsum vix contineo, quominus totam rem, et,  
quae de ea notari in primis necessaria videntur, perducam.  
Debo tamen, ne ultra limites mihi definitos vager, differen-  
tiationis filum abrumpere, et, quae dicenda restant, primae  
ad scribendum opportunitati recipere. Quae, ut quanto-  
cius obueniat, exopto.



**ULB Halle**  
005 361 435

3







9328. 1780,3

DISSERTATIO PRIMA  
DE  
PACTO HEREDITATIS  
RENVNCIATIVO

Q V A M  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV  
P R A E S I D E

D. HENRICO GODOFREDO BAVERO

SERENISS. SAXON. ELECTOR. A CONSILL. PROVOCATT. SVPR.  
CVR. PROVINC. ET COLLEG. ICTOR. LIPSS. ASSESS. PANDECTT.  
PROF. ORD. CANON. NVMBVRG. ET COLLEG. DVCAL.  
MINOR. SODAL.

IN AVDITORIO ICTORVM  
SVMMORVM IN IVRE HONORVM CAPESSENDORVM  
CAVSA

D. XXVIII. DECEMBER. A. C. MDCCCLXXX.

AD DISCEPTANDVM PROPONIT

IOANNES DAVIDES BEHLING

I V R. V T R. C A N D I D A T.

RATISBONENS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LANGENHEM. HEREDD. ET KLAUBERTHI

